

ex iudicio alteri *der Granz = ausschreibenden Fürsten* soli Executionem rectè tribui, quia tacito quasi consensu videntur convenisse Imperator atque Status, ipsaque rei natura & Justitia id efflagitat, ut quâ potest fieri, via compendiosissima atque ab ambagibus maximè aliena fiat Executio Sententiarum atque pactorum; id verè vix breviori fieri poterit, quam si ab unius tantum arbitrio executionis perfectio pendeat; tum & ideo, quia nullum hic *des Mit = ausschreibenden Fürsten* versatur præjudicium, adeo, ut & is absque omni dubio lubentissime in hanc Collegæ Executionem solitariam publico quam maximè oppitulantem bono consentire præsumi debeat.

§. 15.

De Recessuum Concluserumque Circularium Executione altero *der Granz = ausschreibenden Fürsten* impedito ab altero solo rectè suscipienda cum eadem hic recurrant dicenda, quæ antea (1) jam tradidimus, cum & prolatis (2) hanc in rem exempli testibus Praxis hæc ita fervet, nil iis in præsentiarum amplius addimus, sed potius Academico hocce labore ad umbilicum ex voto deducto, gratias atque laudes summo in Coelis Numini debitas mente manuque lati persolvimus.

(1) Capitis hujus §. 9.

(2) §. 11. not. 2.



coll. diss. A. 43, misc. 9